

Veſtre celſitudini o regia ſereniſſima aliud mu
nuſculum offero in fine regule. ſ. miſſā de decē
virtutibus et beneplacitis beate marie virgīs ſunt
autem date certe indulgētie tam dicentibus ꝙ dici
et celebrari facientibus ꝙ etiam audientib⁹. Miſſa
autem ipſa eſt talis.

A.

¶ Miſſa de decem virtu=
tibus euangelicis beate
marie virgins.

¶ **Introitus.**

Salue ſancta parens enixa puerpera regem: qui celū terramꝗ regit in ſecula ſeculoꝝ. ℣. Virgo dei genitrix quem totus nō capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. ℣. Gloria patri. ꝛc. Sicut erat. ꝛc. Oratio.

Famulorum tuorū queſumus domine delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus: genitricis filij tui domini noſtri interceſſione ſaluemur. Per eundem. Epiſtola.

¶ Lectio malachie prophete. iij. capitulo.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego mittam angelū meū et preparabit viam ante faciem meã. Et ſtatim veniet ad templū ſctm̃ ſuum dñator quē vos queritis: et angelus teſtamenti quē vos vultis. Ecce venit dicit dñs exercituū. Et quis poterit cogitare diē aduētus eius? Et q̃s ſtabit ad videndū eum? Ipſe enī q̃ſi ignis ꝯflans: et quaſi herba fullonum. Et ſedebit cōflans ⁊ emūdans argentū: ⁊ purgabit filios leui. Et colabit eos quaſi aurū ⁊ quaſi argētum: et erunt dño offerentes ſacrificia in iuſticia. Et placebit dño ſacrificiū iuda ⁊ hierl'm ſicut dies ſeculi: et ſicut anni antiqui. Dicit dñs omp̃s. Grad. Cum eſſem paruula placui altiſſimo. ℣. Et de meis viſceribus genui deum ⁊ hominē. Alla. ℣. Hec eſt maria mater dei et virgo: que in diebus ſuis ſemp placuit deo. Poſt ſeptuageſimã tractus. Gaude maria vir

go cũctas hereſes ſola interemiſti. ℣. Que gabrielis archangeli dictis credidiſti. ℟. Dum virgo deũ ⁊ hominẽ genuiſti ⁊ poſt partum virgo inuiolata pmãſiſti. ℣ꝰ. Dei genitrix intercede pro nobis.

¶ Secundum iohannem. xix. capitulo.

In illo tpe. Stabant iuxta crucem ieſu maria mr̃ eius ⁊ ſoror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrẽ ⁊ diſcipulũ ſtantem quem diligebat: dixit matri ſue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſuam. ¶ In aduentu dicitur euangeliũ ſequens.

¶ Secundum lucam. i. capitulo.

In illo tpe. Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomẽ nazareth ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat ioſeph de domo dauid ⁊ nomẽ virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue grã plena dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius: et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enim grãm apud deum. Ecce cõcipies in vtero et paries filiũ ⁊ vocabis nomẽ eius ieſum. Hic erit magnus: et filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus ſedẽ dauid patris eius et regnabit in domo iacob ineternũ: ⁊ regni eius nõ erit finis. Dixit autẽ maria ad angelũ. Quõ fiet iſtud qm̃ virũ non cognoſco? Et rñdens angelus dixit ei. Spũſſanctꝰ ſuperueniet in te ⁊ virtꝰ altiſſimi obumbrabit tibi.

Ideoq̃ & qđ naſcitur ex te ſanctū vocabitur filiꝰ dei.
Et ecce elizabeth cognata tua et ipa cōcepit filium
in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi que vo
catur ſterilis q꞉ nō erit impoſſibile apud deū omne
verbum. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi: fiat mi
chi ſcđm verbū tuū. Offer. Hec eſt maria filia mea
dilecta i q̃ michi bñcōplacui ipam audite. Secreta.
Domine deus qui cūcta de nichilo potēter crea
ſti/et in eſſe conſeruas/ſapienter gubernas/et
benigne diſpenſas: da nobis huius ſacramenti vir-
tute ea perficere: que tue ſunt beneplacita volūtati.
Per dominū noſtrū ieſum chriſtum. ꝛc. Prefatio.
Eterne deus/Et te in dece vtutibꝰ et benepla-
citis beate marie ſemp vginis collaudare. ꝛc.
Cōmunio. Erant omēs pſeuerantes in oratione cū
maria matre ieſu: ab ea diſcētes quomodo placerēt
chriſto domino ineternum. Poſtcōmunio.
Deus qui mirabili prouidentia ad nos redimē
dos vnigenitū tuum ex virginis naſci feciſti:
preſta queſumus: vt paſſione filij tui redempti tibi
per virginem matrem in omnibus & ſemper placea
mus: & concede nobis vt eiuſdem virginis benepla
citorum denariū tibi iugitur puro corde offeramus.
Per eundemm.

✠ ✠ ✠

Deo gratias et marie.

¶ Accipe igitur ſereniſſima Regina hec tui paruuli puula munuſcula et noſtram (vt ſemper amaſti) ama dilige obſeruantiam et familiam.

¶ Impreſſum per Richardum Pynſon regis impreſſorem.